

quomodo verum aurum & argentum differunt à sophisticis: licet plures sophistications fiant eodem modo per alia metalla in rubeum & album, adiunctis minoribus mineralibus vel aliquo ipsorum. Sunt autem illi laborantes delusi, cum æstimant se bonam inuenisse apparentiam: hoc facit eorum ignorantia: quia naturas metallorum non cognoscunt, &c.

FIXATIO.

Hie hat der Lüne leben gar ein end/
Der Geist steigt in die höhe behende.



Raymundus: Nunc dicam fixationem tincturæ siue æris qui portat in se tincturam, &c. qui fit calcinatione, de quo modo supersedebo. Lilius Philosophus: In fine exhibit tibi Rex suo diademate coronatus, fulgens